



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Potamiæna Virg. & Mart. 28. Junii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

bis præparavit. Per te stat, quominus tua sit: non illi solum, qui pecuniis, scientiis, nobilitate & ingenio valent, eam accepturi sunt. sed unus quisque eam potest sperare. *Omnes pari sorte nascimur, sola virtute distinguimur.* Minut.

2. Regnum nostrum non est de hoc mundo: hic versamur quasi in exilio: in acie sumus. pugnandum, & vincendum est, ut cœlestem coronam consequamur: suam alii felicitatem his in terris querant, ego quidem eam duntaxat in cœlis. Lamentabor cum sanctis: patiar cum Jesu, ut expleto exilii tempore cum ipsis regnare possim.

3. Regnum Dei intra vos est: hoc est, in tuâ manu, potes quidem reicta tibi à parentibus hereditate spoliari; at comparata Sanguine Jesu Christi non item. Tu solus eam potes amittere. Jam vero, ut potes in cœlis cum Jesu gaudere, potes utique in inferno cum Dæmonie cruciari. In tuo Arbitrio Deus posuit, cui pares locum, Deo an Diabolo? cum paraveris, qui posidebit, ipse imperabit. Aug.

---

## S. POTAMIENA VIRG. & MART.

28. Junii.

*Si tradidero corpus meum ita, ut ardeam charitatem autem non habuero*

463. [o]  
habuero, nihil mihi prodest.

I. Corinth. 13. v. 3.

Elices nos, si bona nostra, si quantum  
virtruis & certa pietatis vestigalia  
noverimus? quantillo possumus ditesce-  
re! POTAMIENA Alexandrina Virgo for-  
mæ causæ, cum multis conflictata procis,  
& in illo certamine superior, ex Amoris  
palæstra in scenam crudelitatis transiit, ut  
ad pudoris lilia constantiæ laurum adjunge-  
ret. Aquila homo sanguinarius carnificinæ  
præterat, cuius in Potamienam omnem  
atrocitatem effudit, certus fidem illi vel vi-  
tam eripere. iactatam per omnia tormenta  
denique ad rogum cum Marcella Matre  
damnavit. Virginis ducendæ cura Basilidi  
demandata non omnino experti humanita-  
tis & mitiori ingenio, quam pro tam bar-  
baris ministeriis. Is ergo insultantem virgi-  
ni multitudinem compescuit, magisque fi-  
di custodis, quam lictoris munus explevit.  
Hoc tantillum officium ne suo auctori peri-  
ret, curæ sibi fore, moritura virgo promi-  
sit. Neque defuit dicto fides. Triduo à  
morte exacto ad Basilidem revisit, cīque  
coronam civicam velut Servatori suo im-  
posuit

posuit. Ille ex donativo benevolentiam Numinis æstimans statuit integrum stipendium mereri, & confessim auctoratus Christo, fidem illi abscisso capite probavit. I, dic magno constare cœlum, quantulum dedit Basilides, ut ex Lictore Martyr fieret,  
Ex Euseb. His. Ecc., lib. 6. cap. 4.

### M E D I T A T I O De Virtutibus & Martyrio Potamienæ.

1. **A**quila Tyrannus ( melius Bubo ) cum Venereis ignibus suis Potamienæ virginitatem sedare non posset, Filiam cum Marcella matre rogō addixit. Hæc indeoles est lascivè amantium: Si amando non possunt sæviendo saturare se volunt. Multi errant arbitrantes nubendo incustum ignem statim restinguunt. Sed paulo crescit ignis, nisi & flammam intercidat gratia sacramenti matrimonii. Sed & cœlibatui datur gratia à spensis virginum, vel ut cœlibatum sincerè professi, non ardeant, vel fomite peccati scintillam concipiente facilius restinguatur.

2. Crudelitati Tyranni Basiliidis Lictoris opponamus humanitatem. Magis ille custodis, quam lictoris munus explevit in Potamienæ. Considera, O homo unde nomen sumperis; ab humo utiq; quæ nihil cuiquam eripit, sed omnia largitur omnibus, unde appellata est humanitas.

(80) 465. (80)

tua *specialis* & *domestica* *virtus hominis* S. Ambros. 3.  
offic. cap. 3. Quæ tua *humanitas*? in amore? in  
more? in ore? in re?

3. Basilidi, quod conservasset **POTAMIENAM**,  
non quidem illæsam ab igne, sed à furore arden-  
tis multitudinis, corona obvenit à cœlo **POTAMI-**  
**ENAM** offerente: & ex lictore factus est Martyr  
non alieno sed suo sanguine purpuratus. Quanta  
manebit corona & merces in altera vita illi? qui  
animam proximi ab igne infernali vel custodivit de-  
hortando à peccato, & impediendo, vel peccatorē  
à peccatis ad Deum reducendo. Quantum econ-  
tra penæ illi? & quæ ratio reddenda? qui exem-  
pto suo vel iussione perdidit animam Christi san-  
guine redemptam?

---

## SS. PETRUS & PAULUS Apostoli.

29. Junii.

*Tibi dabo claves Regni cælorum;*  
*& quocunque ligaveris super*  
*terram erit ligatum & in cælis.*

Matth. 16.

**R**ecipiens hodie Roma, misso cum Remo  
Romulo, conditores suos PETRUM &  
PAULUM